



COLLEGGII INSTITUTIONUM PUBLICI

DISPUTATIO SECUNDA.

I.

Generali Institutionum Imperialium parti, commu-
 nia Juris principia & praecognita sistenti, ordine succedit
 pars specialis, summa objecti Jurisprudenciae nostrae ca-
 pita, *personas* scil. *res* & *actiones* exhibens. Et cum homi-
 num causâ omne jus constitutum sit *l. 2. π. de Stat. hom.* idè juri
 personarum enucleando ut mentem manumq; primum admo-
 veamus, methodi Justinianae ratio expostulare videtur. Vox per-
 sonae in originali & nativò suo sensu eam notat qualitatè, quam
 in fabulis peragendis homines assumere solent. Graecis usâ voce
πρόσωπον dicitur. Usu autem deinceps latiori ea vox è scenâ &
 theatrò ad omnia vitæ civilis munia, quæ ceu vultus quidam civi-
 lis hominibus extrinsecus superinducuntur, extenta. Dn. Joh.
 Strauch. *disf. Just. l. 16.* Et adè quidem, ut tandem qualitates
 non tantum, quas vita civilis, tanquam histrionia quædam civi-
 bus imponit, verum ipsos etiam homines denotare ceperit. Ba-
 chov. *ad Treutl. v. 1. disp. 2. lit. B.* Rebhan. *hodog. Jur. p. 73.*

TIT. III.
DE JURE
PERSONA-
RUM
Ad Rubricam

II. Quò ipò suppositò mirari omninò subit, non de esse
 Interpretes, subtilioris aliòquin judicii, servum *πρόσωπον* apud
 Romanos fuisse existimantes. Petr. Faber *ad l. 22. n. fin. de R. J.*
 Gædd. *ad l. 195. §. 1. n. 2. de V. S.* Vultej. *comm. ad Inst. §. 1. h. t. n. 2.* &
Jurupr. Rom. lib. 1. c. 8. Sed enim ambiguitatem, cui vox personae
 obnoxia, praedictae opinionis censuram merisò dixerim. Quod si
 enim personam pro qualitate civis, seu subjectò civile caput ha-
 bente, consideres, servum personam non esse utraq; manu dede-

A

rim,